

Benebentanus^a moritur. Post quem alius Grimoldus^b successit^c. †Pippinus rex Italiae obiit, sepultus^d est Mediolanum.

†IV, 43. †Carlus filius Carli magni^e imperatoris moritur.

†IV, 44. †Bernhardus^f filius Pippini^g constituitur^h pro patre suo inⁱ regnum Italiae.

†IV, 45. †Carlus magnus imperator nomen imperatoris inposuit
*f. 61r. filio suo Hludowico *regi Aquitaniorum coronamque imperialem et sceptrum, sicut mos est imperatoribus dare. †Carolus bonae memoriae imperator obiit 5. Kal. Februarii^k sepultusque^l in villa regia Aquisgrani in basilica, quam ipse aedificavit cultu regio, anno 46. regni sui^m, indictioneⁿ VII^o.

Hludowicus imperator successit in imperium Francorum et constituit filios suos duces^p Pippinum in Aquitania, Hlutharium^q in Baioariam^r.

†V, 2. †Post obitum Leonis papae succedit^s Stephanus. Post cuius decessum^t Pascualis successit^u.

†V, 4. †Imperator Hludowic^v Hlutharium^w filium suum in imperium cum consilio Francorum constituit.

Hs. 1.

IV, 20. XX. Karlus pergit Baioariam, Tassilonem ex omni parte cum exercitum concludit; qui coactus venit ad regem, renovat sacramenta, dedit obsides et Theodonem filium suum; permittitur ei habere ducatus; qui postea convictus iterum de infidelitate eicitur de principatu et in monasterio tonsoratur.

IV, 21. XXI. Karlus Sclavorum gentem qui dicuntur Wilzi trans fluvium Helbia dicioni suae subegit.

a) 'Benebentanus' corr. 'Beneventanus' 2; 'Beneventanus' 5. 7.
b) 'Grimoaldus' 2. 3. 5. 7; 'Grimoldus' 4. 6. c) 's. in ducatu' 3 ('in d.' jüngere Hand); 's. in regnum atque studuit invadere alia regna sine iussione regis' 4. d) 'sepultusque' 5. 7. e) 'Carlomanni' corr. 'Carli' 2; 'Carli magni' 3 (?); 'Karl magni' 5. 7. f) 'Bernardus' 2. g) 'fratris Hludoici filii Karli magni imperatoris' fügt bei 2 jüngere Hand. h) 'rex' fügen bei 5. 7. i) 'super' 5. 7. k) 'Febreroarii' 3. l) 'est' fügen bei 5. 7. m) 'a. r. s. 46.' 5. 7 (3 unleserlich). n) 'indictione' 2. 5. o) 'VI' 4. p) 'duos' nur Druckfehler, s. MG. SS. III, 19, Anm. 14. q) 'Hlotharium autem' 5. 7. r) 'Boioariam' 7. s) 'successit' 4. t) 'decessu' (3 ?). 4; 'discessum' 5. u) 'succedit' 2. 3. 4. v) 'Hludowic' 3 (?). 4; 'Hludowicus' 2. 5; 'Hludowicus' 7. w) 'Hlotharium' 5; fehlt 7.